Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

celi ⁊ de pinguedine terre habundantiam. seruant te tibi populi. Esto
dominus fratrum tuorum. ℣ Et incurrentur ante te filii matris tue.
Nunc ergo fili mi acquiesce lec. quarta ℣ Esto do-
mino filiis meis. ⁊ pergens ad gregem affer michi duos
edos optimos ut faciam ex eis escas patri tuo qui tibi
libenter uescatur. Quas cum intulis et comedit benedi-
cat te priusquam moriatur. Cui ille respondit. Noli
timere si ipse pilosus sit et ego lenis. Hic attrectauit me
pater meus ⁊ quasi timeo ne putet me sibi uoluisse illudere
⁊ inducat super me maledictionem pro benedictione. ℟ Cum per-
ceperit iacob de tunica sua induit gliam dei et ait. Quam terribilis et
locus iste non est hic aliud nisi domus dei ⁊ porta celi. ℣ Ecce odor filii
ut odor agri cui benedixit dominus. Quam terribilis
lectio quinta.
Si me autem deceperit sit ista maledictio fili mi tantum audi
uocem meam. ⁊ pergens affer que dixi. Abiit et attulit
deditque matri. Paruit illa cibos sicut nouerat uelle patrem
illius. ⁊ uestibus esau uestiuit iunior quos apud se habebat domi in
duxit eum. Pelliculasque edoe hirundinis manibus ⁊ colli
protexit. Dedit pulmentum ⁊ panes quos coquerat tra
didit. ℟ Si dominus deus meus fuerit mecum mira ista per quem ego
ambulo ⁊ custodiens me ⁊ dederit mihi panem ad edendum ⁊ uestimen-
tum quo operiar ⁊ reuocauit me cum salute. Erit mihi dominus in testi
monium et lapis iste in signum. ℣ Surgens autem mane iacob tu
lit lapidem ⁊ erexit in titulum fundens super eum oleum dixit. Erit hic
Vocabitur iacob cibus dixit. Pater mi. At ille respondit. Audio
Quis es tu fili mi. Dixit iacob. Ego sum primo ℟ vij.
genitus tuus esau. fecisti sicut precepisti mihi. Surge sede comede
de uenatione mea ⁊ benedicat mihi anima tua. Dixit ysaac. Quo
modo tam cito potuisti inuenire fili mi. Qui respondit.